



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 34. Gallia intestinis motibus agitata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Monasterio Prædicantes eiecerit, inde Sæc. XVII.
 vero maximi per Bohemiam motus per- A. C. 1614.
 timestendi forent.

§. XXXIV.

Gallia intestinis motibus agitata.

Haud magis pacata erat Gallia, Regii Gramont.
 sanguinis Principibus, aliisque no- Hist. Gall.
 va indies molientibus: nec una erat l. I. Serran.
 horum motuum origo; quosdam enim Franc. Hist.
 Reipublicæ amor, alios odium in Regni pag. 923.
 Administratricem, potissimos privati Calmet hist.
 commodi studium ac invidia incitabat Univ. l. 151.
 in Conchinum, natione Italum, quem Merc. Gall.
 auctoritate gratiaque conjugis suæ Eleo- tom. 10. l. I.
 noræ sibi conciliatum Regina Marchio-
 nem creaverat Ancræum, ac denique
 ad summum totius Regni Equitum ma-
 gisterium evexerat, Regii sanguinis
 Principibus & Palatii Magnatibus pa-
 lam querentibus, quod duobus hisce
 alienigenis plus auctoritatis tribuere-
 tur, quam ceteris omnibus Aulæ Mi-
 nistris. Insuper non leve aversionis ar-
 gumentum erat immodicus favor, quo
 Regina Guisiam, Contiamque, fœmi-
 nas Principes prosequabatur, easque
 lætissimis, & assiduis cænis, ludisque
 recreabat, aliis, præsertim Nivernæa
 Duce, & Sueffionensi Comitissa, ejus-
 dem census & Ordinis Matronis ad æ-
 quale

Sæc. XVII. quale gratiæ consortium non adhibitis.
A. C. 1614. Inde vero contra Reginam privatæ pri-
 mum indignationes audiebantur, brevi
 in publicæ ultionis flammæ erupturæ,
 quarum primam scintillam ambæ hæ
 Nobiles fœminæ sufflabant, dum Ni-
 vernia Maritum, & Comitissa Maye-
 nium, quem deperibat, in Reginam,
 ceterasque Regiæ gratiæ socias incen-
 debant. Porro ab his in alios sensim
 aliosque Principes currente murmure,
 ac questibus magna Principum pars &
 Procerum non pauci, haud salutatis Re-
 gentibus, aula dilapsi sunt. Primus
 Condæus, die sexta Januarii, tum Ni-
 vernius, Mayenius & Longavillæus,
 decima Februarii die clam discesserunt.
 Dux quoque Vindocinensis, quem Re-
 gina in arce Regia captum detinebat,
 e carcere amicorum, qui eum inviserant,
 ope elapsus, in Britanniam auffugit.
 Bullionius vero, sueta Calvinistis frau-
 de, etsi hujus dissidii ac secessionis au-
 thor esset, specie tamen hos transfugas
 reducendi, ac rursus Regiæ conci-
 liandi, re tamen ipsa Principatus sui
 incolas armandi studio, Sedanum quo-
 que digressus est. Tum primum belli
 civilis per Gallias datum est initium,
 & Condæus quidem Castrorumum invasit,
 malefidam vero stationem ratus, in
 Campaniam se recepit, quo Nivernæus
 jam-

jamjam irruerat, ac Mesieras urbem, & arcem cum suis militibus occupaverat, eodemque ferme temporis articulo Mayenius Sueffiones, Longavillæus Picardiam, & Cæsar Vindocinensis Armoricos aggressus est, totamque minorem Britanniam ferro flammisque devastans incolas prædationibus exhaustit. Erat adhuc invalida eorum factio, utpote nondum Sectariis aucta: præterea privati commodi, quo quisque ferebatur, studia sensim inter ipsos Principes dissidia constabant: Pollicebatur quidem Bullionius, Calvinistas suos in Condæi verba juraturos, ast vix sperari poterat, hos cum Principe Catholico, cujus studium a secta hac erat alienum, conventuros.

Sæc. XVII.
A. C. 1614.

§. XXXV.

Condæi Principis literæ ad Reginam.

Ut Condæus Princeps seditionis motæ calumniam a se amoveret, ad ob-
tentum, qui in bellis civilibus sat fa-
miliaris esse solet, recurrens pravam
publicæ rei administrationem prætexe-
bat, die decimo sexto Februarii per-
scripta ad Reginam sequenti hac epi-
stola satis acerba: *Quæsito ab aula se-
cessu Principes prævenerunt consulto Regni
Gallici ruinam, quæ imminet, alta illis*

*Merc. Gall.
ad hunc
annum.*